

LIBER PRIMVS

I

Arma graui numero uiolentaque bella parabam
edere, materia conueniente modis.
par erat inferior uersus; risisse Cupido
dicitur atque unum surripuisse pedem.
'quis tibi, saeue puer, dedit hoc in carmina iuris? 5
Pieridum uates, non tua, turba sumus.
quid, si praeripiat flauae Venus arma Mineruae,
uentilet accensas flaua Minerua faces?
quis probet in siluis Cererem regnare iugosis,
lege pharetratae uirginis arua coli? 10
crinibus insignem quis acuta cuspide Phoebum
instruat, Aoniam Marte mouente lyram?
sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia regna;
cur opus affectas, ambitiose, nouum?
an, quod ubique, tuum est? tua sunt Heliconia tempe? 15
uix etiam Phoebo iam lyra tuta sua est?
cum bene surrexit uersu noua pagina primo,
attenuat neruos proximus ille meos.
nec mihi materia est numeris leuioribus apta,
aut puer aut longas compta puella comas.' 20
questus eram, pharetra cum protinus ille soluta
legit in exitium spicula facta meum
lunauitque genu sinuosum fortiter arcum
'quod'que 'canas, uates, accipe' dixit 'opus!
me miserum! certas habuit puer ille sagittas: 25
uror et in uacuo pectore regnat Amor.
sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat;
ferrea cum uestris bella ualete modis.
cingere litorea flauentia tempora myrto,
Musa per undenos emodulanda pedes. 30

II separant Y (litt. init. praegrandi postea erasa) C: continuant R (1-2 om.) S ω 5 hoc in carmina iuris R: hoc in carmine iuris Y ω : hoc in carmine uires SPh: has in carmina (-ne Kd) uires KdMe 13 sunt yS ω : sum RY 15 est RY ω : om. S (ut uid.) ζ 16 lyra...sua RY ω : sua...lyra S ζ 18 neruos RYS ω : numeros ζ proximus R (-os) Y (x in ras. y) S ζ : protinus ω 21 pharetra (ex-tram Y) ...soluta YS ω : pharetram...so[R (marg. abscisso) 22 legit RY ω : textit S: traxit H'

II

Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura uidentur
 strata, neque in lecto pallia nostra sedent,
 et uacuis somno noctem, quam longa, peregi,
 lassaque uersati corporis ossa dolent?
 nam, puto, sentirem, si quo temptarer amore — 5
 an subit et tecta callidus arte nocet?
 sic erit: haeserunt tenues in corde sagittae,
 et possessa ferus pectora uersat Amor.
 cedimus, an subitum luctando accendimus ignem?
 cedamus: leue fit, quod bene fertur, onus. 10
 uidi ego iactatas mota face crescere flammam
 et rursus nullo concutiente mori.
 uerbera plura ferunt quam quos iuuat usus aratri,
 detractant prensi dum iuga prima, boues.
 asper equus duris contunditur ora lupatis; 15
 frena minus sentit, quisquis ad arma facit.
 acrius inuitos multoque ferocius urget,
 quam qui seruitium ferre fatentur, Amor.
 en ego confiteor: tua sum noua praeda, Cupido;
 porrigimus uictas ad tua iura manus. 20
 nil opus est bello: pacem ueniamque rogamus;
 nec tibi laus armis uictus inermis ero.
 necte comam myrto, maternas iunge columbas;
 qui deceant, currus uitricus ipse dabit,
 inque dato curru, populo clamante triumphum, 25
 stabis et adiunctas arte mouebis aues.
 ducentur capti iuuenes captaeque puellae:
 haec tibi magnificus pompa triumphus erit.
 ipse ego, praeda recens, factum modo uulnus habebō
 et noua captiua uincula mente feram. 30
 Mens Bona ducetur manibus post terga retortis
 et Pudor et castris quicquid Amoris obest.

II *separant* γ; *continuant* RYSω 2 *sedent* RYSω: *iacent* ζ 6 *tecta* γω: *secta* RY: *tacita* Sζ 7 *erit* RYSζ: *erat* γω 10 *cedamus* *leue* *fit* RYω: *cedimus* *ut* *leue* *sit* Sζ 12 *rursus* *Seneca Contr.* 2.2.8: *uidi* *codd.* 14 *prensi* BMeφ (*pensi* p₃) (*u. p.* 127), *dubitanter* *Markland*: *pressi* RYSω 18 *fatentur* RYω: *fatetur* SAb 20-24 *desunt* *in R.* *ima folii* *parte abscissa* 21 *pacem* *ueniamque* Yζ: *ueniam* *pacemque* Sζ 23 *comam* YSζ: *comas* ζ 24 *deceant* *currus* γ (-sus Y) ω: *deceat* *currum* Sζ 27 *capti* *iuuenes* RYω: *iuuenes* *capti* Sζ 28 *erit* r (*ut uid.*) γSω: *erunt* RY 31 *retortis* RYSζ: *reiuictis* ζ: *ligatis* ζ

omnia te metuent; ad te sua bracchia tendens
 uulgus 'io' magna uoce 'trumphe' canet.
 Blanditiae comites tibi erunt Errorque Furorque, 35
 assidue partes turba secuta tuas.
 his tu militibus superas hominesque deosque;
 haec tibi si demas commoda, nudus eris.
 laeta triumphanti de summo mater Olympo
 plaudet et appositas sparget in ora rosas. 40
 tu pinnas gemma, gemma uariante capillos,
 ibis in auratis aureus ipse rotis.
 tum quoque non paucos, si te bene nouimus, ures;
 tum quoque praeteriens uulnera multa dabis.
 non possunt, licet ipse uelis, cessare sagittae; 45
 feruida uicino flamma uapore nocet.
 talis erat domita Bacchus Gangetide terra:
 tu grauis alitibus, tigribus ille fuit.
 ergo cum possim sacri pars esse triumphī,
 parce tuas in me perdere uictor opes. 50
 aspice cognati felicia Caesaris arma:
 qua uicit, uictos protegit ille manu.

III

Iusta precor: quae me nuper praedata puella est,
 aut amet aut faciat cur ego semper amem.
 a, nimium uolui! tantum patiatu'r amari,
 audierit nostras tot Cytherea preces.
 accipe, per longos tibi qui deseruiat annos; 5
 accipe, qui pura norit amare fide.
 si me non ueterum commendant magna parentum
 nomina, si nostri sanguinis auctor eques,

33 *tendens* R (*ex -ent, ut uid.*) Y: *tendent* Sω 35 *comites* *tibi* *erunt* RYSω: *tibi* *erunt* *comites* ζ *errorque* *ed. Rom.* 1471: *terrorque* *codd.* 39-40 *afferunt* [Serg.] *Gramm.* 4.524.11ff., *Frg. Sangall. Gramm.* 6.638.20ff. *Keil* 40 *ora* RYSζ: *ore* ζ, [Serg.], *Frg. Sangall.* 41 *pinnas* *gemma* RYSN: *penna* *pulchros* γ; *cetera nil moror* 43 *tum* ζ: *tunc* RYSζ: *tu* ζ 44 *tum* ζ: *tunc* RYS (*ex tum, ut uid.*) ζ 49 *ergo* RYSω: *ergo* *ego* ζ *post* 50 *desinit* R 51 *incipit* P

III *separant* PYω: *continuant* YSζ 3 *uolui* PYω: *petii* SW² 8 *si* PYω: *sed* SZ: *nec* ζ

nec meus innumeris renouatur campus aratris,
 temperat et sumptus parcus uterque parens,
 at Phoebus comitesque nouem uitisque repertor
 hac faciunt et me qui tibi donat, Amor,
 et nulli cessura fides, sine crimine mores,
 nudaque simplicitas purpureusque pudor.
 non mihi mille placent, non sum desultor amoris:
 tu mihi, si qua fides, cura perennis eris.
 tecum, quos dederint annos mihi fila sororum,
 uiuere contingat teque dolente mori.
 te mihi materiem felicem in carmina praebere,
 prouenient causa carmina digna sua.
 carmine nomen habent exterrita cornibus Io
 et quam fluminea lusit adulter aue
 quaeque super pontum simulato uecta iuuenco
 uirginea tenuit cornua uara manu.
 nos quoque per totum pariter cantabimur orbem
 iunctaque semper erunt nomina nostra tuis.

IV

Vir tuus est epulas nobis aditurus eadem;
 ultima cena tuo sit, precor, illa uiro.
 ergo ego dilectam tantum conuiua puellam
 aspiciam? tangi quem iuuet, alter erit,
 alteriusque sinus apte subiecta fouebis?
 inciet collo, cum uolet, ille manum?
 desine mirari, posito quod candida uino
 Atracis ambiguos traxit in arma uiros;

12 hac *Mn, Palmer*: haec *PYS*ω: hoc ζ: hinc *Merkel* faciunt *PYS*ω: faciant ζ et *yS*ω: ut *PY*: at *Merkel* 13 nulli cessura (*cens- Nob*) fides *S*ζ: nulli censura et dis *PY*: non cessuri nisi diis ω: inde cessuri nisi dis (*et om.*) *y* 15 desultor *PYS*ζ: desertor *y*ω: delusor, seductor, simulator ζ 17 quos *PYS*ω: quot *X* 19 te *PYS*ω: tu *y*ζ carmina *PYS*ζ: carmine ω 20 prouenient *PYS*ζ: proueniant ω causa...sua *PY*ζ: causae...suae *S*ζ 21 carmine *YS*ω: carmina *PyEaH* nomen *Y*⁴*S*ω: numen *PYH* habent *PY*ω: habet *Y*⁴*S*ζ 24 uara *PHN*¹: uera *C*: falsa *yS*ω: de *Y* *incert.*, nisi quod certe non uara

IV 1 nobis *PYPbQ*: nobiscum *yS*ω 2 illa *PYS*ω: ista ζ 5 sinus apte *PYS*ζ: sinu dextram *y*ω: apte dextram ζ 6 manum *PYS*ζ: manus ω 7 desine *codd.*: desino *Dousa*

nec mihi silua domus, nec equo mea membra cohaerent.
 uix a te uideor posse tenere manus.
 quae tibi sint facienda tamen cognosce, nec Euris
 da mea nec tepidis uerba ferenda Notis.
 ante ueni quam uir; nec quid, si ueneris ante,
 possit agi uideo, sed tamen ante ueni.
 cum premet ille torum, uultu comes ipsa modesto
 ibis ut accumbas, clam mihi tange pedem;
 me specta nutusque meos uultumque loquacem;
 excipe furtiuas et refer ipsa notas.
 uerba superciliis sine uoce loquentia dicam;
 uerba leges digitis, uerba notata mero.
 cum tibi succurret ueneris lasciua nostrae,
 purpureas tenero pollice tange genas;
 si quid erit, de me tacita quod mente queraris,
 pendeat extrema mollis ab aure manus;
 cum tibi, quae faciam, mea lux, dicamue, placebunt,
 uersetur digitis anulus usque tuis;
 tange manu mensam, tangunt quo more precantes,
 optabis merito cum mala multa uiro.
 quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse iubeto;
 tu puerum leuiter posce quod ipsa uoles;
 quae tu reddideris, ego primus pocula sumam,
 et, qua tu biberis, hac ego parte bibam.
 si tibi forte dabit quod praegustauerit ipse,
 reice libatos illius ore cibos;
 nec premat indignis sinu tua colla lacertis,
 mite nec in rigido pectore pone caput,
 nec sinus admittat digitos habilesue papillae;
 oscula praecipue nulla dedisse uelis.
 oscula si dederis, fiam manifestus amator
 et dicam 'mea sunt' iniciamque manum.
 haec tamen aspiciam, sed quae bene pallia celant,
 illa mihi caeci causa timoris erunt.
 nec femori committe femur nec crure cohaere
 nec tenerum duro cum pede iunge pedem.

9 mihi *PY*ω: mea *S* 15 premet ω: premit *PYS*ζ 20 leges *y*ω: teges *PYS*ζ 21 succurret ω: succurrat *PYS*ω: succurrat *Vb* 23 queraris *N*¹*Q*¹*Va*², *exc. Put. et Scal.*: loquaris *PYS*ω 30 quod *PY*ω: quid *S*ζ 33 quod *PY*ζ: quos *S*ω 35 indignis *S*ζ: impositis *PY*ζ: oppositis *T*: ille suis ω 37 habilesue *PY*ζ: habilesque *S*ω 38 uelis *PYS*ω: uelim *N*¹*Pc* (*u.l.*) 40 manum *PY* (*ex-us*) *S*ζ: manus ω 43-44 post 34 ponendos dubitanter censuit *Sandbach*

multa miser timeo, quia feci multa proterue, 45
 exemplique metu torqueor ipse mei:
 saepe mihi dominaeque meae properata uoluptas
 ueste sub iniecta dulce peregit opus.
 hoc tu non facies; sed, ne fecisse puteris,
 conscia de tergo pallia deme tuo. 50
 uir bibat usque roga (precibus tamen oscula desint),
 dumque bibit, furtim, si potes, adde merum.
 si bene compositus somno uinoque iacebit,
 consilium nobis resque locusque dabunt.
 cum surges abitura domum, surgemus et omnes, 55
 in medium turbae fac memor agmen eas:
 agmine me inuenies aut inuenieris in illo;
 quicquid ibi poteris tangere, tange, mei.
 me miserum! monui, paucas quod prosit in horas;
 separor a domina nocte iubente mea. 60
 nocte uir includet; lacrimis ego maestus obortis,
 qua licet, ad saeuas prosequar usque fores.
 oscula iam sumet, iam non tantum oscula sumet;
 quod mihi das furtim, iure coacta dabis.
 uerum inuita dato (potes hoc) similisque coactae; 65
 blanditiae taceant sitque maligna Venus.
 si mea uota ualent, illum quoque ne iuuet opto;
 si minus, at certe te iuuet inde nihil.
 sed quaecumque tamen noctem fortuna sequetur,
 cras mihi constanti uoce dedisse nega. 70

V

Aestus erat mediamque dies exegerat horam;
 apposui medio membra leuanda toro.

46 ipse $yS\omega$: esse PY 48 sub iniecta $PYS\omega$: sub inducta $AcBW^2$: superiecta ψ , exc. *Put.*
et Scal. 49 facies $PY\omega$: facias $S\zeta$ 52 bibit $PY\omega$: bibet ζ : bibat $SOBPF$ 53 somno
 uinoque $PYS\zeta$: uino somnoque ζ 59 paucas...horas $PYS\zeta$: paucis...horis ω quod
 $pyS\omega$: quoque PY 60 separor $YS\omega$: separer PF (*ut uid.*) H 61 obortis $YS\zeta$: abortis $P\zeta$
 63 iam sumet iam (et *Ob*) non (*om. P*) tantum (tamen ζ) $PY\omega$: cum sumet modo si
 tantum S 67 opto $PY\omega$: opta S (*ex corr., ut uid.*) 68 at $y\omega$: aut $PYS\zeta$ 69 sequetur
 $PY\zeta$: sequatur $S\zeta$

V 2 medio $PYS\omega$: tenero Jh : uacuo uel uiduo dubitanter *Burman*

pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestrae,
 quale fere siluae lumen habere solent,
 qualia sublucent fugiente crepuscula Phoebos 5
 aut ubi nox abiit nec tamen orta dies.
 illa uerecundis lux est praebenda puellis,
 qua timidus latebras speret habere pudor.
 ecce, Corinna uenit tunica uelata recincta,
 candida diuidua colla tegente coma, 10
 qualiter in thalamos formosa Semiramis isse
 dicitur et multis Lais amata uiris.
 deripui tunicam; nec multum rara nocebat,
 pugnabat tunica sed tamen illa tegi,
 cumque ita pugnaret tamquam quae uincere nollet, 15
 uicta est non aegre prodicione sua.
 ut stetit ante oculos posito uelamine nostros,
 in toto nusquam corpore menda fuit.
 quos umeros, quales uidi tetigique lacertos!
 forma papillarum quam fuit apta premi! 20
 quam castigato planus sub pectore uenter!
 quantum et quale latus! quam iuuenale femur!
 singula quid referam? nil non laudabile uidi,
 et nudam pressi corpus ad usque meum.
 cetera quis nescit? lassi requieuius ambo. 25
 proueniant medii sic mihi saepe dies!

VI

Ianitor (indignum!) dura religate catena,
 difficilem moto cardine pande forem.
 quod precor exiguum est: aditu fac ianua paruo
 obliquum capiat semiadaperta latus.
 longus amor tales corpus tenuauit in usus 5
 aptaque subducto pondere membra dedit;

11 formosa semiramis (seramis H) isse $yS\omega$: asamiramis esse PY (*ut uid.*) famosa
Heinsius Sameramis *Knoche* 12 lais $PYS^2\omega$: tais ζ : lilis S^1 13 deripui $PYS\zeta$: diripui
 $y\omega$ 14 sed $PY\zeta$: se $yS\omega$ 15 cumque ita ζ : quae cum ita $PYS\omega$: quae cum ζ quae $PY\omega$:
 qui Y : me S : se F 22 iuuenale PY : iuuenile $yS\omega$ 25 lassi $PYS\omega$: fessi ζ

VI 1 indignum $PYSH^1Ob$: indigne ω 2 moto $YS\omega$: motu P 6 subducto $PYS\omega$: subtili
C (*u.l.*), exc. *Put. et Scal.* pondere ζ : corpore $PYS\omega$

ille per excubias custodum leniter ire
 monstrat, inoffensos derigit ille pedes.
 at quondam noctem simulacraque uana timebam;
 mirabar, tenebris quisquis iturus erat.
 risit, ut audirem, tenera cum matre Cupido
 et leuiter 'fies tu quoque fortis' ait.
 nec mora, uenit amor: non umbras nocte uolantes,
 non timeo strictas in mea fata manus;
 te nimium lentum timeo, tibi blandior uni;
 tu, me quo possis perdere, fulmen habes.
 aspice (uti uideas, immitia claustra relaxa!)
 uda sit ut lacrimis ianua facta meis.
 certe ego, cum posita stares ad uerba ueste,
 ad dominam pro te uerba tremente tuli.
 ergo, quae ualuit pro te quoque gratia quondam,
 (heu facinus!) pro me nunc ualet illa parum?
 redde uicem meritis: grato licet esse quod optas.
 tempora noctis eunt; excute poste seram.
 excute: sic umquam longa releuere catena,
 nec tibi perpetuo serua bibatur aqua.
 ferreus orantem nequiquam, ianitor, audis;
 roboribus duris ianua fulta riget.
 urbibus obsessis clausae munimina portae
 prosunt; in media pace quid arma times?
 quid facies hosti, qui sic excludis amantem?
 tempora noctis eunt; excute poste seram.
 non ego militibus uenio comitatus et armis;
 solus eram, si non saeuus adesset Amor.
 hunc ego, si cupiam, nusquam dimittere possum;
 ante uel à membris diuidar ipse meis.
 ergo Amor et modicum circa mea tempora uinum
 mecum est et madidis lapsa corona comis.
 arma quis haec timeat? quis non eat obuius illis?
 tempora noctis eunt; excute poste seram.
 lentus es, an somnus (qui te male perdat!) amantis
 uerba dat in uentos aure repulsa tua?

8 derigit *YPa* (ut *uid.*), *Housman*: dirigit *PyS*ω 10 quisquis *PYS*ω: si quis ς 11
 audirem *PYS*Ϛ: audiuit $\gamma\omega$ 13 umbras $\gamma\omega$: umbra *PYX*¹ (ut *uid.*): umbra *S* 17 uti
 uideas *Ehwald*: ut uideas *PYHW*¹: ut inuideas *S*ω: et ut uideas ς : ut et uideas γ 20
 tremente *PY*Ϛ: tremenda γS ω 21 quoque *PYS*ω: mea ς 25 umquam *PYS*ω:
 numquam *P*Ϛ: inquam *Alton* releuere *PYS*ω: religere ς 31 hosti γS ω: hostis *PY* 35
 nusquam *PYS*Ϛ: numquam ω 37 circa *PY*Ϛ: circum *S*ω 41 qui *PY*ω: quis *S* te *PY*

at, memini, primo, cum te celare uolebam,
 peruigil in mediae sidera noctis eras.
 forsitan et tecum tua nunc requiescit amica;
 heu, melior quanto sors tua sorte mea!
 dummodo sic, in me durae transite catenae.
 tempora noctis eunt; excute poste seram.
 fallimur, an uerso sonuerunt cardine postes
 raucaque concussae signa dedere fores?
 fallimur; impulsa est animoso ianua uento.
 ei mihi, quam longe spem tulit aura meam!
 si satis es raptae, Borea, memor Orithyiae,
 huc ades et surdas flamine tunde fores.
 urbe silent tota, uitreoque madentia rore
 tempora noctis eunt; excute poste seram,
 aut ego iam ferroque ignique paratior ipse,
 quem face sustineo, tecta superba petam.
 nox et Amor uinumque nihil moderabile suadent;
 illa pudore uacat, Liber Amorque metu.
 omnia consumpsi, nec te precibusque minisque
 mouimus, o foribus durior ipse tuis.
 non te formosae decuit seruare puellae
 limina; sollicito carcere dignus eras.
 iamque pruinosos molitur Lucifer axes,
 inque suum miseros excitat ales opus.
 at tu, non laetis detracta corona capillis,
 dura super tota limina nocte iace;
 tu dominae, cum te proiectam mane uidebit,
 temporis absumpti tam male testis eris.
 qualiscumque uale sentique abeuntis honorem,
 lente nec admissio turpis amante, uale.
 uos quoque, crudeles rigido cum limine postes
 duraque conseruae ligna, ualete, fores.

(ut *uid.*) *S*ω: se $\gamma\varsigma$ perdat amantis dubitanter *Heinsius*, qui et prodat amantis *coni.*:
 perdat amanti *P*: perdit amanti *F*¹: prodat amanti *Va*¹, exc. *Put. et Scal.*: praebet amanti
 γS ω: perdidit amens ς : in *Y* amanti tantum legi potest 43 te *PYS*ω: me ς 46 – viii 74
desunt in S 46 melior quanto *PY*ω: quanto melior ς mea *PY*Ϛ: mea est ω 57 ipse
*PY*ω: omni ς 58 quem *p* (ut *uid.*) *YB*¹*C*: quam *Py*ω 64 sollicito *PY*ω: perpetuo ς 65
 pruinosos $\gamma\omega$: pruinosis *PYQ*¹*Z* 68 iace *PY*ω: iaces ς 70 absumpti *p*Ϛ: assumpti *P*
 (ads-) ς : abs- *ex* ass- *aut* ass- *ex* abs- *Y* 71 honorem *PY*Ϛ: odorem *B* (u.l.) *VbX*: amorem
 $\gamma\varsigma$ 72 lente ω : lenta *PY* 74 conseruae *PY*Ϛ: conseruae $\gamma\varsigma$

VII

Adde manus in uincla meas (meruere catenas),
 dum furor omnis abit, si quis amicus ades.
 nam furor in dominam temeraria bracchia mouit;
 flet mea uesana laesa puella manu.
 tunc ego uel caros potui uiolare parentes
 saeua uel in sanctos uerbera ferre deos.
 quid? non et clipei dominus septemplicis Aiax
 strauit deprensos lata per arua greges,
 et, uindex in matre patris, malus ultor, Orestes
 ausus in arcanas poscere tela deas?
 ergo ego digestos potui laniare capillos?
 nec dominam motae dedecueru comae:
 sic formosa fuit; talem Schoeneida dicam
 Maenalias arcu sollicitasse feras;
 talis periuri promissaque uelaeque Thesei
 fleuit praecipites Cressa tulisse Notos;
 sic, nisi uittatis quod erat, Cassandra, capillis,
 procubuit templo, casta Minerua, tuo.
 quis mihi non 'demens', quis non mihi 'barbare' dixit?
 ipsa nihil: pauido est lingua retenta metu.
 sed taciti fecere tamen conuicia uultus;
 egit me lacrimis ore silente reum.
 ante meos umeris uellem cecidisse lacertos;
 utilius potui parte carere mei.
 in mea uesanas habui dispendia uires
 et ualui poenam fortis in ipse meam.
 quid mihi uobiscum, caedis scelerumque ministrae?
 debita, sacrilegae, uincla subite, manus.
 an, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,
 plecterer, in dominam ius mihi maius erit?
 pessima Tydides scelerum monumenta reliquit:
 ille deam primus perculit; alter ego.
 et minus ille nocens: mihi quam profitebar amare
 laesa est: Tydides saeuus in hoste fuit.

VII 2 ades PYω: adest ε 3 dominam PYω: domina YMc 11 digestos PYω: dilectos ε
 13 schoeneida p (scoen- P) Y: ceneida (uel sim.) ω dicam PYω: dicas yPc: dicunt NY:
 fama est Va²X 16 cressa yω: maesta PYVb (cressa sscr. m. 1) 24 utilius ω: utiliter PYε
 26 in ipse PyEa: inisse ε; inesse ε; inire ε; de Y incert. 27 scelerumque PYε: scelerisque
 ε 29 an PYω: at yN² pulsassem PYω: pulsarem ε 33 mihi PYC¹: me yω: ego
 AcBQ²: om. X amare pYω: amari P 34 laesa est CXXd: laesa sit PY: laesi yω

i nunc, magnificos, uictor, molire triumphos,
 cinge comam lauro uotaque redde Ioui,
 quaeque tuos currus comitantum turba sequetur,
 clamet 'io! forti uicta puella uiro est'.
 ante eat effuso tristis captiua capillo,
 si sinerent laesae, candida tota, genae.
 aptius impressis fuerat liuere labellis
 et collum blandi dentis habere notam.
 denique si tumidi ritu torrentis agebar
 caecaque me praedam fecerat ira suam,
 nonne satis fuerat timidae inclamasse puellae
 nec nimium rigidas intonuisse minas
 aut tunicam a summa diducere turpiter ora
 ad mediam (mediae zona tulisset opem)?
 at nunc sustinui raptis a fronte capillis
 ferreus ingenuas ungue notare genas.
 astitit illa amens albo et sine sanguine uultu,
 caeduntur Pariis qualia saxa iugis;
 exanimes artus et membra trementia uidi,
 ut cum populeas uentilat aura comas,
 ut leni Zephyro gracilis uibratur harundo
 summaue cum tepido stringitur unda Noto;
 suspensaeque diu lacrimae fluxere per ora,
 qualiter abiecta de niue manat aqua.
 tunc ego me primum coepi sentire nocentem;
 sanguis erat lacrimae, quas dabat illa, meus.
 ter tamen ante pedes uolui procumbere supplex,
 ter formidatas reppulit illa manus.
 at tu ne dubita (minuet uindicta dolorem)
 protinus in uultus unguibus ire meos,
 nec nostris oculis nec nostris parce capillis;
 quamlibet infirmas adiuuat ira manus.

35 i nunc yε: nunc PY: nunc nunc pF¹Ob¹: nunc iam ε; i iam DT 37 comitantum ω:
 comitatus P: comitatur Yε: comitando, comitantia, comitantur, comitatum, comitetur
 ε sequetur PYω: sequatur ε 38 est PYω: es Y: om. ε 42 collum ω: collo PYε 47 a
 D: om. PYω diducere turpiter yJAmn: deducere turpiter PYω: deducere leniter ε;
 leuiter deducere ab (ad y) y (sscr.) EaF²Va² (ut uid.) X 48 ad PYH: at C: ut yω: aut ε
 49 raptis PYω: raptis ε 51 astitit yω: at stetit PYT 54 ut Yω: et P 55 ut leni PYε: ut
 leui ε (sed sunt nonnulli diiudicatu difficiles): utque leui ω: aut leni Lee 58 abiecta PY
 (ex -am) ω: a uicta Jf²Ma²: abducta Pa: ab uicta (quae) dubitanter olim Heinsius:
 adfecta Madvig 60 erat PYEaNQ²: erant ω 61 tamen codd.: tandem Bornecque 62
 reppulit yε: repulit ε: retulit PY (-tt-) DOB 63 dubita PYω: dubites ε 66 adiuuat P
 (-bat) Yω: adiuuet ε

neue mei sceleris tam tristia signa supersint,
pone recompositas in statione comas.

VIII

Est quaedam (quicumque uolet cognoscere lenam,
audiat), est quaedam nomine Dipsas anus.
ex re nomen habet: nigri non illa parentem
Memnonis in roseis sobria uidit equis.
illa magas artes Aeaeeaque carmina nouit
inque caput liquidas arte recuruat aquas;
scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
licia, quid ualeat uirus amantis equae.
cum uoluit, toto glomerantur nubila caelo;
cum uoluit, puro fulget in orbe dies.
sanguine, si qua fides, stillantia sidera uidi;
purpureus lunae sanguine uultus erat.
hanc ego nocturnas uersam uolitare per umbras
suspitor et pluma corpus anile tegi;
suspitor, et fama est; oculis quoque pupula duplex
fulminat et gemino lumen ab orbe uenit.
euocat antiquis proauos atausque sepulchris
et solidam longo carmine findit humum.
haec sibi proposuit thalamos temerare pudicos,
nec tamen eloquio lingua nocente caret.
fors me sermoni testem dedit; illa monebat
talia (me duplices occuluere fores):
'scis here te, mea lux, iuueni placuisse beato?
haesit et in uultu constitit usque tuo.
et cur non placeas? nulli tua forma secunda est;
me miseram! dignus corpore cultus abest.
tam felix esses quam formosissima uellem:
non ego, te facta diuite, pauper ero.

VIII 5 aeaeeaque γ (εφα-) P ψ : aeaque Y (ut uid.): eaque P: eoaque ω : circaeaque ζ 7 rhombo Jh (ro-), ed. Ald. 1502: bombo PY (ut uid.) ζ : plumbo $\gamma\omega$ 11 stillantia Y ω : stellantia PPa¹ 13 uersam p (uets- P) Y ζ : uisam $\gamma\omega$: uetulam N¹Pa (u.l.) 16 gemino PY ζ : geminum ζ uenit PY ω : micat P (litt. grand. in marg. dextra): redit Vb 17 proauos atausque PY ω : ataus proauosque ζ 19 temerare PY ζ : uiolare ω 21 fors me $\gamma\zeta$: formae P (-ε) Y (ut uid.): sors me ζ 23 here PY: hera $\gamma\omega$ 25 cur PY ω : cui XKd 26 dignus...cultus PY ζ : cultus...dignus ζ

stella tibi oppositi nocuit contraria Martis;
Mars abiit; signo nunc Venus apta suo.
prosit ut adueniens, en aspice: diues amator
te cupiit; curae, quid tibi desit, habet.
est etiam facies, quae se tibi comparet, illi:
si te non emptam uellet, emendus erat.
erubuit! decet alba quidem pudor ora, sed iste,
si simules, prodest; uerus obesse solet.
cum bene deiectis gremium spectabis ocellis,
quantum quisque ferat, respiciendus erit.
forsitan immundae Tatio regnante Sabinae
noluerint habiles pluribus esse uiris;
nunc Mars externis animos exercet in armis,
at Venus Aeneae regnat in urbe sui.
ludunt formosae: casta est quam nemo rogauit;
aut, si rusticitas non uetat, ipsa rogat.
has quoque, quae frontis rugas in uertice portant,
excute: de rugis crimina multa cadent.
Penelope iuuenum uires temptabat in arcu;
qui latus argueret corneus arcus erat.
labitur occulte fallitque uolatilis aetas,
ut celer admissis labitur amnis aquis.
aera nitent usu, uestis bona quaerit haberi,
canescunt turpi tecta relicta situ:
forma, nisi admittas, nullo exercente senescit;
nec satis effectus unus et alter habent.
certior e multis nec tam inuidiosa rapina est;
plena uenit canis de grege praeda lupis.
ecce, quid iste tuus praeter noua carmina uates
donat? amatoris milia multa leges.
ipse deus uatum palla spectabilis aurea
tractat inauratae consona fila lyrae.
qui dabit, ille tibi magno sit maior Homero;
crede mihi, res est ingeniosa dare.

30 suo edd.: suo est ζ : tuo PY ζ : tuo est ω 32 cupiit PY (ut uid.): cupit et $\gamma\omega$ 33 quae codd.: qua Francius 37 deiectis Y ω : delectis P 39 immundae PY ζ : incultae ζ 40 noluerint PY ζ : noluerant ζ 42 at PY ω : et ζ 43 ludunt PY ω : ludite P ζ MbMc 44 aut PY ζ : at ω 45 quae...portant Burman: quas...portas (-ant Jc [ex corr.]) codd. 47 iuuenum uires PY ζ : uires iuuenum ζ 49 uolatilis PY ω : uolubilis PaVa² 50 ut...amnis aquis P ζ ¹: et (ut Ph) ...annus (amnis Jb [ex corr., ut uid.]) equis (aquis Kb) PY $\omega\psi$ 51 bona P ω : noua Y 55 tam $\gamma\omega$: iam PY ζ 58 donat P $\gamma\omega$: donet Y (ut uid.) amatoris PY ω : amatorum C (u.l.) Ea

nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus,
 despice; gypsati crimen inane pedis.
 nec te decipiant ueteres circum atria cerae: 65
 tolle tuos tecum, pauper amator, auos.
 qui, quia pulcher erit, poscet sine munere noctem,
 quod det, amatorem flagitet ante suum.
 parcius exigo pretium, dum retia tendis,
 ne fugiant; captos legibus ure tuis. 70
 nec nocuit simulatus amor; sine credat amari
 et caue ne gratis hic tibi constet amor.
 saepe nega noctes: capitis modo finge dolorem,
 et modo, quae causas praebat, Isis erit.
 mox recipe, ut nullum patiendi colligat usum 75
 neue relentescat saepe repulsus amor.
 surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti;
 audiat exclusi uerba receptus amans;
 et quasi laesa prior nonnumquam irascere laeso:
 uanescit culpa culpa repensa tua. 80
 sed numquam dederis spatiosum tempus in iram:
 saepe simultates ira morata facit.
 quin etiam discant oculi lacrimare coacti,
 et faciant udas illa uel illa genas.
 nec, si quem falles, tu periurare timeto: 85
 commodat in lusus numina surda Venus.
 seruus et ad partes sollers ancilla parentur,
 qui doceant apte quid tibi possit emi,
 et sibi pauca rogent: multos si pauca rogabunt,
 postmodo de stipula grandis acerus erit; 90
 et soror et mater, nutrix quoque carpat amantem:
 fit cito per multas praeda petita manus.
 cum te deficient poscendi munera causae,
 natalem libo testificare tuum.
 ne securus amet nullo riuale caueto: 95
 non bene, si tollas proelia, durat amor.

64 crimen PYω: nomen P (litt. grand. in marg. sinistra) ζ 65 ueteres PY: ueteris yω circum atria Heinsius (circa a. iam Scriuerius): quinquatria codd. 67 qui Yω: quin PC¹ψ: si y 70 legibus PYω: ignibus yζ 72 et PYω: at N: sed ed. Rom. 1471 73 noctes PYω: noctem yζ 75 denuo incipit S 77-78 in pariete Pompeiano scripti (CE 1785) 79 prior PYSζ: prius ω 80 uanescit PYSζ: uanescat ω: uanescet Pf repensa PYSζ: repressa C (u.l) DF²Z: repulsa ω 84 illa...illa ζ: ille...ille PYSω: illa...ille H, Willis: ille...illa Kb 86 in lusus PYS (in marg. m. ¹) ζ: illuslus S: in ludos N: inlusis yω 89 multos PYSζ: multi ζ

ille uiri uideat toto uestigia lecto
 factaque lasciuis liuida colla notis;
 munera praecipue uideat quae miserit alter:
 si dederit nemo, Sacra roganda Via est. 100
 cum multa abstuleris, ut non tamen omnia donet,
 quod numquam reddas, commodet ipsa roga.
 lingua iuuet mentemque tegat: blandire noceque;
 impia sub dulci melle uenena latent.
 haec si praestiteris, usu mihi cognita longo, 105
 nec tulerint uoces uentus et aura meas,
 saepe mihi dices uiuae bene, saepe rogabis
 ut mea defunctae molliter ossa cubent.
 uox erat in cursu, cum me mea prodidit umbra;
 at nostrae uix se continuere manus 110
 quin albam raramque comam lacrimosaque uino
 lumina rugosas distraherentque genas.
 di tibi dent nullosque lares inopemque senectam
 et longas hiemes perpetuamque sitim!

IX

Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido;
 Attice, crede mihi, militat omnis amans.
 quae bello est habilis, Veneri quoque conuenit aetas:
 turpe senex miles, turpe senilis amor.
 quos petiere duces animos in milite forti, 5
 hos petit in socio bella puella uiro.
 peruigilant ambo, terra requiescit uterque:
 ille fores dominae seruat, at ille ducis.
 militis officium longa est uia; mitte puellam,
 strenuus exempto fine sequetur amans; 10

97 uideat ySω: uideant PY 100 dederit nemo C: dederit nil P (nemo litt. grand. in marg. sinistra ad u. 101) Y (nihil [ut uid.]): dederit sibi nil SH²: dederit tibi nil ζ: tibi nil dederit yζ 103 iuuet ySω: iubet PY 107 uiuae PYPc¹ (ut uid.): uiues S: uiuas yω 112 distraherentque PYSFPa: distraheremque yω 113 nullosque PYSω: nudosque ζ

IX 3 conuenit PYω: congruit SOB¹Mb 5 animos B¹ (ut uid.) VbLh, Foss, Rautenberg: annos PYSω 6 uiro PYSζ: toro ζ

ibit in aduersos montes duplicataque nimbo
 flumina, congestas exeret ille niues,
 nec freta pressurus tumidos causabitur Euros
 aptaue uerrendis sidera quaeret aquis.
 quis, nisi uel miles uel amans, et frigora noctis
 et denso mixtas perferet imbre niues? 15
 mittitur infestos alter speculator in hostes,
 in riuale oculos alter, ut hoste, tenet.
 ille graues urbes, hic durae limen amicae
 obsidet; hic portas frangit, at ille fores. 20
 saepe soporatos inuadere profuit hostes
 caedere et armata uulgu inerme manu;
 sic fera Threicii ceciderunt agmina Rhesi
 et dominum capti deseruistis equi.
 nempe maritorum somnis utuntur amantes 25
 et sua sopitis hostibus arma mouent.
 custodum transire manus uigilumque cateruas
 militis et miseri semper amantis opus.
 Mars dubius, nec certa Venus: uictique resurgunt,
 quosque neges umquam posse iacere, cadunt. 30
 ergo desidiā quicumque uocabat amorem,
 desinat: ingenii est experientis amor.
 ardet in abducta Briseide maestus Achilles;
 dum licet, Argeas frangite, Troes, opes;
 Hector ab Andromaches complexibus ibat ad arma, 35
 et, galeam capiti quae daret, uxor erat;
 summa ducum, Atrides uisa Priameide fertur
 Maenadis effusis obstipuisse comis.
 Mars quoque deprensus fabrilis uincula sensit;
 notior in caelo fabula nulla fuit. 40
 ipse ego segnis eram discinctaque in otia natus;
 mollierant animos lectus et umbra meos;
 impulit ignauum formosae cura puellae,
 iussit et in castris aera merere suis.

12 congestas PYSw: coniectas c 14 aptaue *codd. Bersmanniani*: aptaque yw: altaque
 PSPb¹: alteraque Y (ut uid.) uerrendis c; uertendis PYSw 17 infestos ySw: infestus
 PY 18 riuale PYSw: riuali c 25 nempe PYSw: saepe Pc (u.l.) TX 31 uocabat PYc;
 uocabit ySw 33 maestus PYSw: magnus Pc¹ Q¹: fortis PbPc (u.l.) X 34 Argeas Riese:
 argoas PYc: argiuas Sw: argolicas c 35 andromaches PYc: andromache Sc ad PYSc;
 in w 36 daret Py (-re Y [ut uid.]) Sw: dabat CX 41 natus Yw: nutus P: nudus Sc

inde uides agilem nocturnaue bella gerentem: 45
 qui nolet fieri desidiosus, amet!

X

Qualis ab Eurota Phrygiis auecta carinis
 coniugibus belli causa duobus erat,
 qualis erat Lede, quam plumis abditus albis
 callidus in falsa lusit adulter aue,
 qualis Amymone siccis errauit in Argis, 5
 cum premeret summi uerticis urna comas,
 talis eras, aquilamque in te taurumque timebam
 et quicquid magno de Ioue fecit Amor.
 nunc timor omnis abest animique resanuit error,
 nec facies oculos iam capit ista meos. 10
 cur sim mutatus quaeris? quia munera poscis.
 haec te non patitur causa placere mihi.
 donec eras simplex, animum cum corpore amaui;
 nunc mentis uitio laesa figura tua est.
 et puer est et nudus Amor; sine sordibus annos 15
 et nullas uestes, ut sit apertus, habet.
 quid puerum Veneris pretio prostare iubetis?
 quo pretium condat, non habet ille sinum.
 nec Venus apta feris Veneris nec filius armis:
 non decet imbelles aera merere deos. 20
 stat meretrix certo cuiuis mercabilis aere
 et miseris iusso corpore quaerit opes;
 deuouet imperium tamen haec lenonis auari
 et, quod uos facitis sponte, coacta facit.
 sumite in exemplum pecudes ratione carentes; 25
 turpe erit ingenium mitius esse feris.

45 agilem PYc; uigilem Sw 46 nolet PYDMc²Mm: nollet y; nolit Sw: non uult c; noluit
 N¹

X I eurota PYSc; europa w auecta PYc; aduecta w: deuecta S: euecta Pb: abducta T:
 adducta W¹ 5 Argis *Burman*: agris PYSw: aruis c 9 resanuit PYC¹: reuanuit Sc;
 euanuit y; error PySc; terror Y: ardor w 14 mentis uitio PYSw: uitio mentis c tua
 est PySw: est Y (ut uid.): tuae *Francius* 16 apertus PYSw: opertus c 17 iubetis Pw:
 iuentis Y (ut uid.); iubebis S¹Pb: iubeuis S² 18 condat ySw: condas PY 21 cuiuis y;
 quouis PYSw 22 iusso PYw: iusto SPf¹Vb

non equa munus equum, non taurum uacca poposcit,
 non aries placitam munere captat ouem.
 sola uiro mulier spoliis exultat adeptis,
 sola locat noctes, sola licenda uenit 30
 et uendit quod utrumque iuuat, quod uterque petebat,
 et pretium, quanti gaudeat ipsa, facit.
 quae uenus ex aequo uentura est grata duobus,
 altera cur illam uendit et alter emit?
 cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa uoluptas, 35
 quam socio motu femina uirque ferunt?
 nec bene conducti uendunt periuria testes
 nec bene selecti iudicis arca patet;
 turpe reos empta miseros defendere lingua,
 quod faciat magnas, turpe tribunal, opes; 40
 turpe tori reditu census augere paternos
 et faciem lucro prostituisse suam.
 gratia pro rebus merito debetur inemptis;
 pro male conducto gratia nulla toro.
 omnia conductor soluit mercede soluta; 45
 non manet officio debitor ille tuo.
 parcite, formosae, pretium pro nocte pacisci:
 non habet euentus sordida praeda bonos.
 non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas
 ut premerent sacrae uirginis arma caput. 50
 e quibus exierat, traiecit uiscera ferro
 filius, et poenae causa monile fuit.
 nec tamen indignum est a diuite praemia posci:
 praemia poscenti quod dare possit, habet;
 carpite de plenis pendentes uitibus uuas, 55
 praebeat Alcinoi poma benignus ager.
 officium pauper numeret studiumque fidemque;
 quod quis habet, dominae conferat omne suae.

27 equum...taurum Yç; equo...tauro PSω 28 placitam PYSç; placidam ω 30 licenda Y; locanda PSω 34 altera Yω; alter S: de P incert. 37-38 nec...nec PYSç; non...non ω 40 magnas codd.: magni Riese 42 suam PYSω; tuam ç 49 pepigisse Yç; tetigisse P (ut uid.; etigisse tantum legi potest) Sç 53 praemia PYSω; munera ç 54 praemia ObT (quae dare poscenti praemia); munera PYSω; omnia Ab quod PYç; quae ySω 57 pauper n. PYSω; n. pauper ç numeret Yω; numerat PSC (ut uid.) F; numera D; muneret N 58 quod quis PSç; quicquid yç; quicquid Y (ut uid.) omne Py (omen Y) ω; ille ç

est quoque carminibus meritas celebrare puellas
 dos mea: quam uolui, nota fit arte mea.
 scindentur uestes, gemmae frangentur et aurum;
 carmina quam tribuent, fama perennis erit.
 nec dare, sed pretium posci dedignor et odi;
 quod nego poscenti, desine uelle, dabo.

XI

Colligere incertos et in ordine ponere crines
 docta neque ancillas inter habenda Nape
 inque ministeriis furtiuae cognita noctis
 utilis et dandis ingeniosa notis,
 saepe uenire ad me dubitantem hortata Corinnam,
 saepe laboranti fida reperta mihi,
 accipe et ad dominam peraratas mane tabellas
 perfer et obstantes sedula pelle moras.
 nec silicum uenae nec durum in pectore ferrum
 nec tibi simplicitas ordine maior adest;
 credibile est et te sensisse Cupidinis arcus;
 in me militiae signa tuere tuae.
 si quaeret quid agam, spe noctis uiuere dices;
 cetera fert blanda cera notata manu.
 dum loquor, hora fugit; uacuae bene redde tabellas,
 uerum continuo fac tamen illa legat.
 aspicias oculos mando frontemque legentis:
 et tacito uultu scire futura licet.
 nec mora, perlectis rescribat multa iubeto;
 odi, cum late splendida cera uacat.

60 fit P (ut uid.) Yç; sit Sω 61 scindentur...frangentur PYSω; scinduntur...frangentur ç

XI I incertos et in Y (et om.; add. y) Sω; incerto sed et P (et om.) D 2 neque Sç; nec que PY; nec yç 6 saepe...fida PYSω; fida...saepe ç 10 nec PYSω; et Pa (sscr. m. 1) Ph¹; est ç adest PBC; est Y; inest ySω; erit AbH¹ 13 dices PYSω; dicas ç 14 fert Y⁴ω; fer ySPH; om. Y; de P incert. 16 illa PYS² (ex-e) ç; ipsa ç 18 et PYSω; ex y; in Pe (u.l.); nam QT: e Heinsius

comprimat ordinibus uersus, oculosque moretur
 margine in extremo littera †rasa† meos.
 quid digitos opus est graphium lassare tenendo?
 hoc habeat scriptum tota tabella 'VENI'.
 non ego uictrices lauro redimire tabellas
 nec Veneris media ponere in aede morer;
 subscribam VENERI FIDAS SIBI NASO MINISTRAS
 DEDICAT. AT NVPER VILE FVISTIS ACER.

XII

Flete meos casus: tristes rediere tabellae;
 infelix hodie littera posse negat.
 omina sunt aliquid: modo cum discedere uellet,
 ad limen digitos restitit icta Nape.
 missa foras iterum limen transire memento
 cautius atque alte sobria ferre pedem.
 ite hinc, difficiles, funebria ligna, tabellae,
 tuque, negaturis cera referta notis,
 quam, puto, de longae collectam flore cicutae
 melle sub infami Corsica misit apis.
 at tamquam minio penitus medicata rubebas;
 ille color uere sanguinolentus erat.
 proiectae triuiis iaceatis, inutile lignum,
 uosque rotae frangat praetereuntis onus.
 illum etiam, qui uos ex arbore uertit in usum,
 conuinca puras non habuisse manus.
 praebuit illa arbor misero suspendia collo,
 carnifici duras praebuit illa cruces;
 illa dedit turpes raucis bubonibus umbras,
 uulturis in ramis et strigis oua tulit.
 his ego commisi nostros insanus amores
 molliaque ad dominam uerba ferenda dedi!

22 rasa PYω: rara ζ: facta W¹: uerisa Ea (ut uid.): uersa McKie: uersum in fine pag. om. S
 23 graphium ω: graphio PYSCD tenendo PYω: retento SABDF²

XII 3 omina γSω: omnia PYζ 13 triuiis Py (triumiis Y [ut uid.]) Sζ: in triuiis ζ: triuiu
 DPa 18 duras codd.: diras Heinsius 19 raucis γω: rasis PY (ut uid.) S: raris C: miseris
 DPf: rauis Heinsius

aptius hae capiant uadimonia garrula cerae,
 quas aliquis duro cognitor ore legat;
 inter ephemeridas melius tabulasque iacerent,
 in quibus absumptas fleret auarus opes.
 ergo ego uos rebus duplices pro nomine sensi;
 auspicii numerus non erat ipse boni.
 quid precer iratus, nisi uos cariota senectus
 rodat, et immundo cera sit alba situ?

XIII

Iam super Oceanum uenit a seniore marito
 flaua pruinoso quae uehit axe diem.
 quo properas, Aurora? mane! sic Memnonis umbris
 annua sollemni caede parentet auis.
 nunc iuuat in teneris dominae iacuisse lacertis;
 si quando, lateri nunc bene iuncta meo est.
 nunc etiam somni pingues et frigidus aer,
 et liquidum tenui gutture cantat auis.
 quo properas, ingrata uiris, ingrata puellis?
 roscida purpurea supprime lora manu.
 ante tuos ortus melius sua sidera seruat
 nauita nec media nescius errat aqua;
 te surgit quamuis lassus ueniente uiator
 et miles saeuas aptat ad arma manus;
 prima bidente uides oneratos arua colentes,
 prima uocas tardos sub iuga panda boues;
 tu pueros somno fraudas tradisque magistris,
 ut subeant tenerae uerbera saeua manus,

24 cognitor PYSω: creditor ζ 28 ipse PYAbF: ille γSω

XIII 1 a γω: om. PYSCD 3 umbris Micyllus, Heinsius: umbras PYζ: umbram ζ: umbra
 SBVb: umbrae Heinsius 4 parentet γω: parente (laues) PY: parenter S¹: paretur S²:
 perhennet T: frequentet ζ 7 pingues et pySω: pingueret P: pingueret Y (ut uid.):
 pingues nunc ζ: pinguescunt Ob aer PYω: humor Sζ 10 supprime PYSω: comprime
 ζ lora PYSω: frena ζ 11-14 post 10 ω, post 16 Lh, om. PYS, add. in marg. post 18 P³,
 in ima pag. γ, sed post 10 insertos uoluit 11-12 post 8, 9-10 post 12, 13-14 post 18 N 12
 nec P³ω: ne γ: nunc ζ nescius errat P³: nescius erret γ: nescit an erret ω 14 et miles
 saeuas P³: miles et armiferas γω 15 colentes PYS¹ (ex corr.) ω: colonos S¹ζ 16 panda
 PYSω: curua ζ 17 somno fraudas P³ω: fraudas somno Yζ

atque eadem sponsum cultos ante Atria mittis,
 unius ut uerbi grandia damna ferant; 20
 nec tu consulto, nec tu iucunda diserto:
 cogitur ad lites surgere uterque nouas;
 tu, cum feminei possint cessare labores,
 lanificam reuocas ad sua pensa manum.
 omnia perpeterer; sed surgere mane puellas 25
 quis, nisi cui non est ulla puella, ferat?
 optaui quotiens ne Nox tibi cedere uellet,
 ne fugerent uultus sidera mota tuos!
 optaui quotiens aut uentus frangeret axem
 aut caderet spissa nube retentus equus! 30
 inuida, quo properas? quod erat tibi filius ater,
 materni fuerat pectoris ille color.
 [quid, si non Cephalo quondam flagrasset amore?
 an putat ignotam nequitiam esse suam?]
 Tithono uellem de te narrare liceret: 35
 femina non caelo turpior ulla foret.
 illum dum refugis, longo quia grandior aeuo,
 surgis ad inuisas a sene mane rotas;
 at si quem manibus Cephalum complexa teneres,
 clamares 'lente currite, Noctis equi!' 40
 cur ego plectar amans, si uir tibi marcet ab annis?
 num me nupsisti conciliante seni?
 aspice quot somnos iuueni donarit amato
 Luna, neque illius forma secunda tuae.
 ipse deum genitor, ne te tam saepe uideret, 45
 commisit noctes in sua uota duas.
 iurgia finieram; scires audisse: rubebat,
 nec tamen assueto tardius orta dies.

19 sponsum PYS ζ : sponso p ζ cultos P: stultum Y: consulti yS ω : incautos Madvig:
 incultos Clausen: stultos Ehwald: multos Withof 20 ferant PY (ex -unt [ut uid.]) ζ :
 ferat yS ζ 23 tu Y ω : tunc PyS ζ cum PyS ζ : ne Y ζ possint PYS ζ : possent ζ : possunt
 ζ labores PY ζ : lacerti yS ω 25 puellas PYS ω : puellam ζ 33-34 om. PYS, add. in
 marg. post 30 P³, post 38 y 33 non cephalo quondam flagrasset y ω : cephalio numquam
 flagraret P³ 36 femina PYS ω : fabula Ph¹Kb (t. i. c. fabula n. fuit) Md (t. i. c. fabula n.
 foret) 37 grandior PYS ζ : marcet ab ζ 39 manibus cephalum S ζ : cephalum manibus
 y ζ : (quod) malles cephalum D: malles (postea expunct.) cephalum manibus W: magis
 cephalum PY: magnum cephalum Jb: maus cephalum Riese, Madvig 41 plectar Py
 (-aror Y) ω : plector ζ 42 num PYS ζ : non ω 43 quot y ω : quod PYS ζ : quos ζ 44
 forma yS ω : fama PY ζ tuae PYS ζ : tuae est y ω : tua est ζ 46 uota PYS ω : furta
 y ω : 48 assueto PYS ω : assueto est ζ : est solito y ω

XIV

Dicebam 'medicare tuos desiste capillos';
 tingere quam possis, iam tibi nulla coma est.
 at si passa fores, quid erat spatiosius illis?
 contigerant imum, qua patet usque, latus.
 quid, quod erant tenues et quos ornare timeres, 5
 uela colorati qualia Seres habent,
 uel pede quod gracili deducit aranea filum,
 cum leue deserta sub trabe nectit opus?
 nec tamen ater erat neque erat tamen aureus ille,
 sed, quamuis neuter, mixtus uterque color, 10
 qualem cliusae madidis in uallibus Idae
 ardua derepto cortice cedrus habet.
 adde quod et dociles et centum flexibus apti
 et tibi nullius causa doloris erant:
 non acus abruptit, non uallum pectinis illos; 15
 ornatix tuto corpore semper erat;
 ante meos saepe est oculos ornata nec umquam
 brachia derepta saucia fecit acu.
 saepe etiam nondum digestis mane capillis
 purpureo iacuit semisupina toro; 20
 tum quoque erat neglecta decens, ut Thracia Bacche,
 cum temere in uiridi gramine lassa iacet.
 cum graciles essent tamen et lanuginis instar,
 heu, mala uexatae quanta tulere comae!
 quam se praebuerunt ferro patienter et igni,
 ut fieret torto nexilis orbe sinus! 25
 clamabam 'scelus est istos, scelus, urere crines.
 sponte decent; capiti, ferrea, parce tuo!'

XIV 1 medicare...desiste PYS ζ : desiste...medicare ζ 2 tingere (-uere SAc) PYS ω :
 tangere ζ : pectere Ea 3 erat PY ω : enim est S: enim Z spatiosius PS ζ : speciosius Y ω :
 pretiosius H: formosius QVb 5 timeres yS¹ (ex -ores) ω : timeris PY: decebat ζ 9
 tamen PYS ζ : color y ζ ille PYS ω : illis y ζ 12 derepto PY: direpto yS ω : directo ζ :
 deiecto Ac¹Va¹ rupto (cortice) hinc (ut uid.) afferi Anon. Gramm. 5.576.8 Keil (= *CCSL* 133A 770.212) 13 dociles PYS ω : faciles ζ 17 saepe est oculos PY ζ : oculos
 saepe est S ζ 18 derepta PY: direpta S ω : directa y ζ 21 tum PYS ζ : tunc ζ thracia y ω :
 thracia PYS: tetrica Va 23 tamen et PYS ω : tamquam ζ : tantum Pb: crines H: tenerae
 dubitanter olim Heinsius 24 mala ζ : malae P (- ζ [ut uid.]) Y: male S ζ 25 praebuerunt
 Me, Heinsius: praebuerant PYS ω : praebuerint ζ 26 torto PY ω : toto S ζ nexilis P (ut
 uid.) Y ζ : flexilis Y (ut uid.): textilis S: flexilis y ζ : plexilis C¹: tortilis C (u.l.) EaPc¹ 27
 istos scelus PY ω : scelus istos SPaPa (u.l.) P³ istos scelus

uim procul hinc remoue: non est qui debeat uri;
 erudit admotas ipse capillus acus'. 30
 formosae periere comae, quas uellet Apollo,
 quas uellet capiti Bacchus inesse suo;
 illis contulerim, quas quondam nuda Dione
 pingitur umentis sustinuisse manu.
 quid male dispositos quereris periisse capillos? 35
 quid speculum maesta ponis, inepta, manu?
 non bene consuetis a te spectaris ocellis:
 ut placeas, debes immemor esse tui.
 non te cantatae laeserunt paelicis herbae,
 non anus Haemonia perfida lauit aqua, 40
 nec tibi uis morbi nocuit (procul omen abesto!),
 nec minuit densas inuida lingua comas:
 facta manu culpaque tua dispensia sentis;
 ipsa dabas capiti mixta uenena tuo.
 nunc tibi captiuos mittet Germania crines; 45
 tuta triumphatae munere gentis eris.
 o quam saepe comas aliquo mirante rubebis
 et dices 'empta nunc ego merce probor;
 nescioquam pro me laudat nunc iste Sygambram;
 fama tamen memini cum fuit ista mea'. 50
 me miserum, lacrimas male continet oraque dextra
 protegit, ingenuas picta rubore genas;
 sustinet antiquos gremio spectatque capillos,
 ei mihi, non illo munera digna loco.
 collige cum uultu mentem: reparabile damnum est; 55
 postmodo natiua conspiciere coma.

XV

Quid mihi, Liuor edax, ignauos obicis annos
 ingeniiue uocas carmen inertis opus,

35 dispositos PYSω: compositos ζ 40 lauit γSω: labit PY: laesit ζ 46 tuta PYSω:
 culta Ac²BVa²: pulchra Pc (u.l.) X 49 sygambram P: sycambram γPcPh: sygabra Y:
 sicambram Sω 53 spectatque Sω: spectataque Y: spectatque γ: spectare ζ:
 (gremios) peccataque P (ut uid.): (gremios) peccataque p (ut uid.)

non me more patrum, dum strenua sustinet aetas,
 praemia militiae puluerulenta sequi
 nec me uerbosas leges ediscere nec me 5
 ingrato uocem prostituisse foro?
 mortale est, quod quaeris, opus; mihi fama perennis
 quaeritur, in toto semper ut orbe canar.
 uiuet Maeonides, Tenedos dum stabit et Ide, 10
 dum rapidas Simois in mare uoluet aquas;
 uiuet et Ascraeus, dum mustis uua tumebit,
 dum cadet incurua falce resecta Ceres;
 Battiades semper toto cantabitur orbe:
 quamuis ingenio non ualet, arte ualet;
 nulla Sophocleo ueniet iactura cothurno; 15
 cum sole et luna semper Aratus erit;
 dum fallax seruus, durus pater, improba lena
 uiuent et meretrix blanda, Menandros erit;
 Ennius arte carens animosique Accius oris 20
 casurum nullo tempore nomen habent;
 Varronem primamque ratem quae nesciet aetas
 aureaque Aesonio terga petita duci?
 carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
 exitio terras cum dabit una dies;
 Tityrus et segetes Aeneiaque arma legentur, 25
 Roma triumphati dum caput orbis erit;
 donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,
 discentur numeri, culte Tibulle, tui;
 Gallus et Hesperis et Gallus notus Eois,
 et sua cum Gallo nota Lycoris erit. 30
 ergo cum silices, cum dens patientis aratri
 depereant aeuo, carmina morte carent.
 cedant carminibus reges regumque triumpho,
 cedat et auriferi ripa benigna Tagi.

XV 3 me more γω: memore/ P: memorem YSζ patrum PYω: patrem SX: patris Va¹:
 patrie Ab 5 nec PYω: non Sζ ediscere PYω: ediscere S: edisere Ac¹: edicere F¹W¹ 6
 ingrato γSω: ingratum P (-om) YNPh¹: ingratam Pf uocem γζ: uoce (ut uid.) PY:
 uoces Sζ prostituisse PYω: praestituisse S 8 in...ut PYSω: ut...in ζ: et...in ζ: ut...ut γ
 12 ceres PYSζ: seges P (litt. grand. in marg.) ζ 13 semper toto PYSζ: toto semper ω
 18 uiuent ζ: uiuet PY (ut uid.): uixerit γSω menandros PYSω: menandrus ζ: menander
 ζ 19 accius Sω: actius PYζ 21 nesciet PYζ: nesciat PSω 24 terras PYω: terram S
 25 segetes Pc, ed. Ald. 1502: fruges PYSω: (atque) ceres AcVa¹ (ut uid.) 28 discentur
 PYSω: dicentur ζ 33 cedant PYSω: cedunt Yζ 34 cedat PYSω: cedit F²PbT benigna
 PYSω: beata ζ

uilia miretur uulgus; mihi flauus Apollo
 pocula Castalia plena ministret aqua,
 sustineamque coma metuentem frigora myrtum
 atque a sollicito multus amante legar.
 pascitur in uiuis Liuor; post fata quiescit,
 cum suus ex merito quemque tuetur honos.
 ergo etiam cum me supremus adederit ignis,
 uiuam, parsque mei multa superstes erit.

35

40

38 atque a $\gamma\text{P}\alpha\psi$: atque ita $\text{PYS}\omega$: aque ita Müller 39 fata $\text{YS}\omega$: facta $\text{P}\zeta$ 40 cum $\text{P}\zeta$:
 tum $\text{Y}\zeta$: tunc ω tuetur $\text{P}\gamma$ (-ent- Y) ω : sequetur S 41 adederit PYS : adusserit ω 42
 multa $\text{PYS}\zeta$: magna ζ

LIBER SECVNDVS

I

Hoc quoque composui, Paelignis natus aquosis,
 ille ego nequitiae Naso poeta meae.
 hoc quoque iussit Amor; procul hinc, procul este, seueri!
 non estis teneris apta theatra modis.
 me legat in sponsi facie non frigida uirgo
 et rudis ignoto tactus amore puer;
 atque aliquis iuuenum, quo nunc ego, saucius arcu
 agnoscat flammae conscia signa suae
 miratusque diu 'quo' dicat 'ab indice doctus
 composuit casus iste poeta meos?'
 ausus eram, memini, caelestia dicere bella
 centimanumque Gygen (et satis oris erat),
 cum male se Tellus ulta est ingestaque Olympo
 ardua deuexum Pelion Ossa tulit:
 in manibus nimbos et cum Ioue fulmen habebam,
 quod bene pro caelo mitteret ille suo.
 clausit amica fores: ego cum Ioue fulmen omisi;
 excidit ingenio Iuppiter ipse meo.
 Iuppiter, ignoscas: nil me tua tela iuuabant;
 clausa tuo maius ianua fulmen habet.
 blanditias elegosque leues, mea tela, resumpsit:
 mollierunt duras lenia uerba fores.
 carmina sanguineae deducunt cornua lunae
 et reuocant niueos solis euntis equos;
 carmine dissiliunt abruptis faucibus angues
 inque suos fontes uersa recurrit aqua;
 carminibus cessere fores, insertaque posti,
 quamuis robur erat, carmine uicta sera est.

5

10

15

20

25

II I 3 seueri $\text{PyS}\omega$: seuerae $\text{FP}\psi$: om. Y 5 sponsi facie $\text{PYS}\zeta$: facie sponsi ζ 12 gygen
 PSPc^1Z : gigen $\text{Y}\omega$: gigem ζ : gigan HPa : gigam ζ 15 in manibus nimbos ζ : in manibus
 PY : iuppiter in manibus $\gamma\text{S}\omega$: in manibusque iouem $\text{B}\psi$ 16 ille $\text{PYS}\omega$: ipse ζ 17 ego
 $\text{PYS}\omega$: et ζ fulmen omisi $\gamma\zeta$: fulmen amisi PYDN^2 (ex-mina misit): fulmina misi $\text{pS}\omega$:
 fulmen abiuit Ea 18 ipse $\text{PY}\omega$: ille SNX 19 tela TJcMg : uerba $\text{PYS}\zeta$: bella $\gamma\omega$
 22 mollierunt PY : mollierant $\text{pS}\omega$

ARCA

Classical and Medieval Texts, Papers and Monographs

20

OVID: AMORES

TEXT, PROLEGOMENA AND
COMMENTARY

in four volumes

J C McKEOWN

VOLUME I
TEXT AND PROLEGOMENA

General Editors: Francis Cairns and Robin Seager
Assistant Editors: Neil Adkin, Sandra Cairns, Frederick Williams

ISSN 0309-5541

X FRANCIS CAIRNS